



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. LVI. ANNI 1676. 14. JULII.

1676

ORDINARIÆ RELATIONES ANNI 1676. 14. JULII.

Holmiã, metropoli Sveciã, 17. Iulij.

Horritiorum tum Marcis tum AEoli tempestatibus præteritã Sabbathi hunc in portum repulsi sunt hæc naves bellicæ, *Clavis 90. Mercurius 98. Leo Svecicus 58. Spes 48. Mars 70. Sol 70. Hieronymus 70. Venus 68. Lucifer 22. Pinnus 90. Fridericus Amalia 39. Carolus 54. Victoria 78* tormentis bellicis armata, & *Draco* cum novem mercatoriis, quæ in bellicas transvertæ: præter illas, quatuor grandiores remearunt in *Zanthaven*, ceteræ in *Vestervich, Calmar* aliisque Svecicis portus, exceptis aliquot, quas *Bellona* novercans nobis invidit, tribus nimirum, dictis *Corona, Ensis, Bilanx*: Consiliarius *Creutz*, qui in primo alteroque certamine fortissimè dimicavit præses navis principis *Coronæ*, vblinam lateat an inter vivos, ignoramus: *Thalassum* ygram secundæ Gubernatorem & *D. Axel Bielgenstein* militis campestris in Classe Ducem speramus salvos litus Svecicum momordisse: privato interea dolore cruciamur omnes, quod, heu dolor! Nobilium nobilissimi occiderint, ratiū principes occubuerint, quæ in unam secum ruinam dubio proci traxerunt nostrorum plures & priores sint plurimum nostræ: hoc solati medetur luctui nostro, Classem nostram ferventissimis operibus noctu diuque reparari, brevique provolaturam paratissimam, quæ tertiam naumachiam aleam cum Danis moveat, utinam feliciter: ast, eheu! clades maritimas metuimus jamjam campestribus in *Schenen* cumulandas; parca enim *Victoria* paratos hucusque, qui in Provinciã dictam exponantur, Danos ad generosiores irruptiones extimulabit.

Viennã, 2. Iulij.

CÆsar Augustus hodiè sollemnitatem Visitationis *S. M. V.* quam devotissimè celebrat in Styria, cras huc rediturus. In exordio proximi Septembris proficiscetur in Hispania Orator noister *Paulus Sixtus Comes de Trautsohn*. Comes de *Hoyos*, Eques Ordinis aureæ clavis, Imperatricem viduam *Eleonoram* & Filiam ejus viduam *Poloniæ Reginam* in arce sua prope *Neustadt* basilicè habuit. Princeps Electoris Saxonæ *Filius* ab Imperatore *Campi-Marescal. Vicarius* creatus, propriis sumptibus duas legiones lecturum se obtulit, navortix nostræ officinæ inferendas: profectus in *Vngariam* arbitrabitur oculis robora finitimarum munitionum. Audimus *Treviris*, non procul à *Theonis Villa Diedenbaben* nocte intempestã certare viros in aere duos Exercitus, tandemque diffudisse in terram flammam, quibus pagorum aliquot successu aliquot consumpti.

Rothomag. urbe Gallicã, 2. Iulij.

Septem octove abhinc miliaris in districtu *Pars de Caux* nudius tertius inauditis dentis que grandinum imbribus agrorum ad septem miliaria seges excussa, rucolorum & itinerantium plurimi illã mole pressi lætisque, omnes denique volucres, quæ relictis nidis pererrabant aërem, in terram dejectæ exanimis: in *Bollebecq* novem decemve hinc miliaribus in *Via Haurica* quadrin- aut quingentæ domus tactæ aereis igneis fulminibus & fulgure, lunditisque ab inextinguibilibus flammis, devorata: qui suppellectilem suam & nobiliora in Ecclesiam utpote ad asylum transportaverant agricolæ spe conservatorum, ut paulò post viderent, ejus turrim eodem accessu sauciatam telo sudare flammam ipsi tecto & toti Ecclesie fatales, sine morã suppellectilem illinc qua data porta ad paucas domus ab igne immunes trahebant,

in quas etiã dum flamma reperet, & undiquaque torus pagus arderet, exhausti laboribus incolæ rus cogebantur fugere, ne color Solis vires nimium quantum exinanienti flamma fatalis accederet: in *Bischy* centum penè, in *Canteleu* non paucas estructuras, immò viginti facillè pagos aereus *Vulcanus* depopulatus est, inmissã grandine, superante columbarum ovum magnitudine.

Parisiis, 3. Iulij.

Rex heri in *S. Germani* nondum rediit, forsã hodiè ibidem excipietur splendidissimè ab aggratulaturis sibi de *Condetana* & *Bouchinensi* expugnatione Principe *Filio Sabaudia* pluribusque Oratoribus: persuademus nobis, trium mensium spatio *Gallias Hollandia* amico pacis federe copulandas: plebem multis oneramus nuntiis auditu jucundis, Svecos, post victoriosam cum *Danis* naumachiam, in *Pomerania* litus expositos, *Archi-Thalassum Tromp* in *Svecorum* captivitate abstractum, *Danicum Thalassum* luel gravissimè vulneratum. Armiorum inducias certo certius pactas dicimus quatuor annos *Poloniã* inter & *Turciam*. Die *SS. Petro & Paulo* sacrã cum festivos ignes *Dna de Tiange* succenderet, patentibus cuilibet siccanti aliquot vini vasis, aliquot pyreumata improvisè disrupta circumstantium octo graviter lædebant, duobus mox interemtis. Hispanorum Rex *Filiam Electoris Bavaria* & hic *Elector viduam Polonorum Reginam* Majestatis titulo semper decorandam videntur sibi juncturi matrimonio. Inuitatus Solis calor svadet multis balneum, quamvis priore *Junio* ultra *quadringentis* sale. *Nobiliss. D. Bethomas* nuntiat, à *triremibus* nostris *Mellanam* remeantibus in *visas* in *Trapani* hostium duodecim rates & quinque *triremes*, quæ *Panormo* iugerant, missas aliquot incendiarias, quibus hostiles dux naves totidemque *triremes* vastatae, & ad ceterarum ruinam accitas naves *Nobiliss. Dni de Chateau Renaud*.

Argentorati, 6. Iulij.

Quandoquidem denuò tres equitum & una de *sultorum* legiones ante triduum trans *Tibernas* cum magna vi annonæ nervique venerunt ad *Exercitum Gallicum*, Princeps de *Luxemburgh* castra promovit eadem *Veneris* trans *fluvium Saar* *Trutenheimium* ad *Rhenum* usque, forsã pontem huic *Tractu* injecturus: experiemur proximè, in quã descensurus expeditionem, an *Philippopolim* gravè durturæ obsidionis mole exoneraturus, an machinaturus alia alibi, quibus *Cæsares* spontè cogercntur obsidionem suam solvere. *Gen. Major Schultz* hanc urbem inter & *Lauterburgum* vigilantissimus *Gallis* invigilat, trans *lucum* cum suis errans. *Galli* in huic Civitati annexos pagos crudeliter sexierunt recens, longè lætè remissuerunt segetes, ultra quingentos agros seu jugera attriverunt, & olitoribus ultra 2000. fl. damnum in vixerunt. Princeps *Pio* & *Generalis Capliers* gravissimorum negotiorum *Commisarii* quid hac in urbe ante discessum triduum *Commissarii* quid hac in urbe ante discessum triduum ventilerint, ignoramus. *Tigurense* iniquè serunt, quinq. *Catholicos Cantones* urgere, ut *subdit Rheindalens* homagium præsent *Abbat. S. Galli*, forsã omnibus viribus huic se proposito opponent. *Tabernarum* propugnacula quotidianis operis reduntur formidabiliora.

Spirã, 7. Iulij.

HVCUSQ. vix actum in obsidione *Philippopolens*, quod memoratu dignum, quotidie solum castra *Gallico*, quandoque proprio *vallantium* crude con-

sparguntur : suggestibus & colliculis brevi colophonem addent obidentes, proxime magnis obsessa moenia verberaturi fulminum flagellis : leviorum quotidianarum velitationum circumstantias excudere prohibet loci hujus penuria, volentis graviora.

Hamburgo, 7. Julij.

Hafniani mirifice recreavit nuntium de tertia Svecicarum ratium principe in petram allidendo comminuta, & praeter illam duasq; Thalassorum primarias, Classi Svecicae diversis licet modis avulsas viginti & unam tum leviores tum grandiores: Classis Danica quatuor Hafniae miliaribus quiescens celererrimis, si quid quassa seu passa, reficitur operis, & brevi in novas se immittet expeditiones: peditatus & equitatus Danicus navibus inclusus, hodie forsan in *Schoenen* trajicet sub auspiciis Regis & Principis Georgii Fratris: Generalis Guldenlevy cum 20. mille Danis ceptas in Sveciam irruptiones feliciter promovet. Tubicen Svecicus velans nuper oculis Hafniae admittus petiit liberari Officiale Svecicum cum conjuge volentem in Sveciam redire absque litteris salvi conductus: Gluckstadii & per totam Hollatiam promulgatum & valvis affixum est edictum Cesareum de non distrahendis post hac mercibus Gallitis. Rex Danorum, nisi plenius votis suis respondeatur, statuit Ducatum, Sclavonicum Administratorem praeficere. Exercitus Brandenburgicus maturatis gressibus castra promovens, jam tum transit *VViststock* & *Parthen*, cogitaturque, convenienter confirmatoris Berlinesium, obsidione *Anklam* aut *Denmsin* circumsepere. Proxima Martis Confederatas in Stadensia irrupturos moenia, confirmant itinerantes.

Ex Traectu Albis, 7. Julij.

Exercitui Brandenburgico grandia machinatio tres ad sunt legiones Danicae, Gen. Major Merheims, Ducis Godefridi, & Gen. Gerike: Generalis Helmsfeld moratur in *Schoenen*, gubernans ejus militem. Contentiones Poloniae inter & Electorem Brandenburgicum sopitae radicitus, conventumque loco 55000. Imperialium, quoskilector à Poloniae praetendebat, solvere 50000. corrumpit itaque nuntia passim divulgata, quasi praeter foribus stare bellum Polono-Brandenburgicum. Gedanenses Regis nomine praestabunt homaagium venturo in Borussiae Episcopo Ermlandico. Labentis primae obsessi Scadentes clam non procul à vallibus urbem inter & obsidentium castra suggesti crexerant, Officialibus Confederatis speculandi licentia interdicitur: obidentes id postridie explorantes, cum laboriosas indefessas manus facile à ceptis absterendas autumarent, fortiter irruunt, sed animis paullisper tracti, cum cernerent ad perfectionem suggestus plus non requiri, accedente igitur Majori Bieger, unitis viribus ad eodè generosè irrueratur ut expulsi Sveci, suggestusque aut solo & quatuor, aut Confederatis occupetur: ad castra quotidie plura trahuntur tormenta & quadridui spatio omnia impedimenta Lunaburgica attrahentur Cellà, quo ex castris Princeps cogitat, paucis post diebus rediturus. Holstiani nuntiant, Svecicam Classis quatuordecim post diebus in mare revoluturam.

Bruxellis, 9. Julij.

Sabbati sub noctem in mediatulo hujus Civitatis spropè horreum cum duabus domus regia ad solum exusta est, agente excubias somnolenter moratà sibi dem centuria: cum sub seram vesperam redierat bene potus Officialis, affixo parieti lumine, faucium refrigerandarum ergò zythum ipse mox allaturus excurrerat, lumen interea delapsum inflammabat subjacens stramen, inflammatumque miles clam sopire conabatur, sed hoc in opere lavans aethiopem, sarcinas, culcitrae laneas &c. impedimenta quae poterat celeritate asportabat ne minimo quidem tumultu aut clamore dormientes vicinos excitaret, usque domus tota ardens nonnullorum somnum excureret,

Imprimebat PETRVS HILDAN S. C. M. P. R.

excuteret, actutum clamoribus campanarumque sunebrum clangoribus ceteros excitantium, quorum ope oppressa flamma non prius, quam tres structurae absumtae: damnum flammis his partem vix relaxari poterit ostingentis florenorum millibus: Principem Auriacum, ad Mosam nuper abeuntem cum tribus peditum & duobus equitum legionibus plurimum accessione augendis, sequuntur plurimi curruum, onerati bipaliis & ejusmodi bellicis instrumentis. P. S. Novem legiones Mosae Trajectum migrant, quinque jam tum Mosae vicinis sociandae.

Antverpia, 10. Julij.

Exercitus Gallicus sub imperio Principis Aureliacensis quiescit trans amnem *Qvevram* Montes versus, numerans vix 20000 viros: Confederatus in *Argenes*, *Gewappe*, *Fay*, vicinisq; pagis, Gallico invigilans, imperantibus Duce de *Villa Hermosa* & Comite de *VValdeck*: utrimq; non ambiunt expeditiones. Consultant Hollandi de octodecim instruendis navibus bellicis in Sicilia ad rates suas destinandis: resere quilibet Hollandorum desiderat, quis Thalasso de Haen subrogandus Gubernator ratium. Londini propè *S. Catharinae* 20. alii ajunt 50. denuò structurae in cineres abierunt ultimae lapsi, suspicantibus ob iteratum incendium civibus, num malevoli in urbe lateant incendiarii. Rex, Gaillæ denuò 8000 in Lotharingiam, & 10000 viros Trajectum destinat. Rex hostis vicinam Valentianibus segetem sustulit, prohibuit turiculis, ne quid illis frumenti ministrarent.

Ruramunda, 11. Julij.

Trajectum ad Mosam cinctum est obsidione, quotidie arcibus contrahenda, obsidentium siquidem numerus plurimum de die in diem accessione augetur: heri sub vesperam Comes de Horn huc appulit: hodie ultra triginta navigia adversò Mosam hoc in litus sunt tracta, quolibet nervo bellico grava brevique attrahentur forsan ultra ducenta, quibus non in aere pluces sed in Trajecto deditonem volentibus nolentibus Gallis Confederatis piscabuntur: obsessi frequentissima tormentis eructant in obidentes fulmina, sed clades vix ulla sentitur: obsidentium castra valent quadraginta penè virorum millibus; & Flandrico enim Exercitu Princeps Auriacus adduxit quatuordecim armigerorum millia, quos forte plures legiones sequentur: è praesidiis Luxemburgensi & Trevirensi quater aut quinque virorum millium cohors, & phalanx Ornaburgensis cum hic haecenus conjunctis sex equitum, desultoriorum peditumque millibus appulit, aderuntque proximè nonaginta & plures centuriae Hollandicae in praesidio silvae Ducenti collectae.

Ex Traectu Rheni, 14. Julij.

De Mosae Trajectensi obsidione posthac multis agemus: ad eam maturandam Princeps Auriacus è castris Ruramundanis Trajectum accersit legiones Gen. Majoris Ellers, Spaens, Menceau & desultorios Neoburgicos: miles Osnaburgensis inhiat lateri *VVickamsi*: praeter nonaginta centurias, quibuscum D. Rheingravius è praesidio silvae Ducenti discessit labentis quinta, plurimi manipuli è Bredano, Grauens, Heusdano, pluribusque praesidiis tendunt Trajectum cum multis turiculis, qui sudabunt in eruendis soveis, inquirendis cuniculis, erigendisq; suggestibus: obsessorum forsan numerabuntur quinque mille & trecenti eorum, fama serit, recens prouisse sexcentos in phalangem Osnaburgicam, quae fugam simulans & spatium aliquod fugiens audaces Gallos clandestine circumsepserat stratagemate & penè omnes tum necis tum captivi itatis laqueo constrinxit: addit fama, statutum fuisse praeteritè Veneris improvvisum eo tempore in moenia insulem meditari, quo nitratu obsessorum pulvis improvisè accenderetur ad maximos ciendos tumultus: inflammatus fuisset certo certius pulvis, nisi detecta maturè proditio actutum funem incendiarium abrupisset, cujus serpens flamma vix à vasis aberat longitudine digiti.

RECORD

I

N
dis
è N
eni
aer:
Tra
rog
gar
fidi
nun
peri
Ves
mill
ram
in n
fuit
tà i
reli
cati
nup
ceps
cum
trio
mis:
nera
Ron
Ord
Eur
Ven
erig
vene
fenti
sufpi
cum
milli
avul
runt
lis, &
illiu
guin
Carc
cifer

R

prog
cere
traor
gafei
pacis
inept
tati, i
men i
de Sa
dem.

L

bus,
L
banc
deam
agroi
labur